

finición, añadía el Salvador á su demostración un rasgo decisivo y final que no dejaba lugar á la menor duda á sus oyentes respecto de su divinidad¹.

2. Quia dicentes : *Numquid tu major es patre nostro Abraham?* reputabant Dominum eo minorem, ideo ostendit se esse majorem quam Abraham, quia Abraham ab eo, tanquam a majore, bonum redemptionis expectat sibi promissæ. Unde dicit : *Abraham, pater vester*. secundum carnem, de quo scilicet gloriamini, credens *exultavit* in spiritu sperando, *ut videret diem meum* intelligendo et cognoscendo tantum mysterium, quia desideravit cognoscere tempus adventus Christi, quod est videre Christum in spiritu ; *et vidit* in figuris et fide diem æternitatis et diem futuræ temporalis meæ nativitatis, quando in figura trium angelorum, sibi apparentium, cognovit Trinitatis mysterium ; et quando dictum est ei : *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ* ; et in oblatione Isaac, in loco qui ideo dictus est *Dominus videt*, quia Dominus fecit Abraham videre occultum Christi mysterium ; *et gavisus est*, propter beneficium a me, ut a majore, sibi promissum. Ineffabili namque gaudio exultare potuit, quando et Verbum apud Patrem manens, et idem aliquando in carnem venturum, non de Patris gremio recessurum perspexit ; quando eum de stirpe sua nasciturum prævidit, per quem non solum ipse salvaretur, sed etiam totus mundus redimeretur, et facta ejus de Christo repromissio impleretur. Et cum Judæi solam in eo ætatem carnis, non divinam naturam pensantes, et de verbis suis mirantes, dicerent ad eum : *Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?* qui scilicet ante mille annos est mortuus ; quasi dicerent : Hoc est impossibile. Volens eos ab intuitu carnis ad deitatem trahere, respondit eis : *Antequam Abraham fieret*, scilicet temporali generatione, *ego sum*, æternaliter manens ; non ducit Abraham esset, sed *fieret*, quia Abraham creatura fuit ; nec dicit ego fio, sed *ego sum*, quod est verbum substantivum, quia non creatura, sed Creator est omnium. Ubi ostenditur ejus æternitas conjungendo verbum præsentis, scilicet *ego sum*, cum verbo præteriti, scilicet *antequam fieret* ; quia æternitas omni tempori assistit. Unde Deus solus habet esse perfectum, quia illud perfectum est, cui nihil deest extra ipsum ; et ideo divinum esse cum totum simul sit, nec quidquam de illo præterierit aut futurum sit, perfectissimum est ; nostrum autem esse, quia habet aliquid extrase, im-

Conclusion. — Su vida, su misión, la verdad de su doctrina, sus actos mas que humanos, la doble declaración de su ascendencia divina y su eternidad, tales son las pruebas con las que Nuestro Señor Jesucristo confirmó en esta ocasión que era Dios. Y lo confirmó de un modo tan decisivo aún á los ojos de sus enemigos, que furiosos de no saber que replicar, *cogieron piedras para apedrearle*¹.

perfectum est ; deest enim nobis aliquid quod de nostro esse jam præterit, vel quod futurum est. Quantum ergo ad substantiam divinitatis Christus est ante Abraham ; sed secundum naturam assumptam fuit post Abraham. Unde Christus vidit Abraham oculo divinitatis, et Abraham vidit Christum oculo cordis, fide videlicet illuminatus (LUDOLPH. *Vita D.-N. J.-C.* p. 1 ; c. 84, n. 10).

1. At infideles insensati Judæi considerantes quod æternitas non nisi Deo convenit, et quod se per æternitatem Deum esse profiteretur et ostenderet, istaque æternitatis verba intelligere et sustinere non valentes, reputabant ea blasphemiam, quodque pro tali blasphemia esset lapidandus, et ideo, secundum legis mandatum, eum tamquam blasphemum lapidare volentes, *tulerunt lapides ut jacerent in eum*, sicut in blasphemum et mortis reum. Quia enim non valebant sapientiæ quæ loquebatur resistere, nec sciebant verbis ejus rationabiliter contradicere loquendo ; ideo convertentes se ad lapides contradixerunt corporaliter persequendo, et quem intelligere cujusque sermoni resistere non poterant, eum lapidibus obruere quærebant. Lapidem enim cordis contra veritatem, ac duri et inflexibiles ad credendum erant, et eorum animus facto eorumdum consonabat. Unde ad hoc significandum Lex scripta est in tabulis lapideis per Dominum. Ubi Augustinus : « Tanta duritia quo curreret, nisi ad lapides sibi similes. » (LUDOLPH. *Vita D.-N. J.-C.* 1. p. c. 84, n. 11). — *Tulerunt ergo lapides in eum*. Ostendit potest, quomodo et cur humana judicia spernenda sint, nimirum : 1º quia impossibile est omnibus placere. 2º Quia vanum est ea timere, cum ob ea homo, nec melior, nec deterior sit. 3º Quia noxium est, ad ea attendere, cum omnia inordinata debeat facere, qui hæc judicia attendit, uti Polycetes pictor ostendit, qui cum imaginem a se eleganter pictam juxta cujusque prætereuntis sensum correxisset, turpissimam fecit (LOHNER, *Biblioth. conc. Index conc. dom. Pass.*)

Pues bien, amados míos, si esas pruebas parecieron irrefutables á los ojos mismos de los enemigos del Salvador, sabed que nada han perdido de su primitivo valor en el transcurso de los siglos. La vida de Jesús no ha dejado de ser immaculada, su doctrina ha continuado siendo verdadera, sus actos no han dejado de tener sobrehumano carácter, Dios continua siendo su Padre por naturaleza y como Él en eterno. El transcurso de los siglos ha venido mas bien á confirmar esas pruebas prestándoles una autoridad innegable. De tal modo que si no es posible excusar el endurecimiento de sus oyentes que no quisieron reconocer en Él al soberano Señor de mundo, con mas razón seríamos nosotros inexcusables sino reconociéramos en Él á nuestro Dios. Estemos alerta: lo que sucedió entonces á los enemigos de Jesús, pudiera también acontecernos á nosotros ahora. Es decir que así como Jesús ocultóse á ellos podría también ocultarse á nosotros, endureciendo nuestro corazón como salió del templo de aquellos ingratos¹. Para evitar ese desgra-

1. Quid autem contra furorem lapidantium Dominus fecerit, ostenditur, cum protinus subinfertur: *Jesús autem abscondit se, et exivit de templo*. Mirum valde est, fratres charissimi, cur persecutores suos Dominus se abscondendo declinaverit, qui si divinitatis suæ potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut in pœna subitæ mortis obrueret. Sed qui pati venerat exercere judicium nolebat. Certe sub ipso passionis tempore, et quantum poterat ostendit, et tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum persecutoribus suis se quærentibus diceret, *Ego sum*: sola hac voce, eorum superbiam perculit, et omnes in terram stravit. Qui ergo et hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo evadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines factus, Redemptor noster alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Unde et per Paulum dicitur, Rom. xii, 19: *Date locum iræ*. Quanta humilitate iram proximi ferre debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondens se declinavit Deus. — Hoc autem quod de Domino scriptum est: *Abscondit se*, intelligi et aliter potest. Multa quippe Judæis prædicaverat, sed prædicationis ejus verba deridebant.

cia, que podría llegar á ser irremediable, reconozcamos en Jesús á nuestro Dios, nuestro Creador y Señor. Reconozcamosle y confese-

Deteriores quoque ex prædicatione facti sunt, qui usque ad jaciendos lapides pervenerunt. Et quid abscondendo se Dominus signat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui ejus sequi verba contemnunt? Eam quippe, quam non invenit humilem, veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodie, qui Judæorum duritiam detestantur, quia prædicationem Domini andire noluerunt: et tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem? Præcepta Dei audiunt, miracula cognoscunt, sed converti ad suis prævitibus renuunt. Ecce vocat, et redire nolumus; ecce sustinet, et ejus patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est, fratres, pravitatem suam unusquisque deserat, Dei patientiam perrimescat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam evadere possit (S. GREG. PAP. *Hom. in Ev.*).

— *Tulerunt ergo lapides...* Abscondit se Jesús, et exivit de templo, non secundum quod est antequam Abraham, sed secundum hoc quod est filius Abrahæ. Facile est itaque duas naturas in Christo cognoscere: unum secundum quam omnis creatura ei obedit, alteram, super quam turba iniquorum impia sævit. Quod autem Jesús se abscondit, non timor est, sed significatio: figura est, non trepidatio. Abscondit se Jesús, sed malis occultatur vita, et iniquis. Usque hodie namque quærent Judæi JESUM, et non inveniunt. Legunt in lege, in prophetis, veritatem tamen invenire non possunt. Quare hoc? Quia *JESUS abscondit se, et exivit de templo*. Unde ipse ait: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Matth. xxiii, 38. Voces quoque angelorum, ut Josephus refert, in templo auditæ sunt, dicentiam: *Relinquamus has sedes. Beati mundi corde, quoniam ipse Deum videbunt*. Matth. v, 8 (S. BRUNON. *Evang. ejusd. Expos.*). — Quid nos doceat fuga et abscondio Christi? Sed Dominus, qui solo verbo eos superare poterat, vindicare se noluit, quia pati venerat, et hostes suos, non potestate, sed humilitate vincere; et ideo *abscondit se* ut homo et ut humilis, *et exivit de templo*, quia commendanda erat patientia, non exercenda potentia. *Abscondit se*, non timore mortis, neque impotentia resistendi eis, sed cedens furori eorum usquedum veniret hora Passionis, et docens nos furorem hostium quandoque et pro tempore declinare; *et exivit de templo* ab eis, designans derelictionem Judæorum, et transitum ad Gentes. Notandum

mosle tal en sus trabajos y sufrimientos; pues es el mismo Dios que

autem quod Dominus aliquando fugiebat, aliquando occurrebat, aliquando se occultabat. Fugiebat quidem honores, ut quando *venturi erant ut facerent eum regem*; occurrebat suis crucifixoribus, quando volebant capere eum; abscondebatur se, sicut hic patet, a Judæis furentibus, ut occasionem furendi subtraheret ab eis. Per ista tria exempla dat nobis tria salutaria documenta, scilicet ut fugiamus mundi prospera; desideremus pro Christo pati adversa, et vitemus jurgia. Nos autem contrarium facimus, quia honores appetimus et procuramus; adversa fugimus et vitemus, et litigiis nos immiscemus. Considera hic, ut ait Gregorius, Salvatoris nostri mansuetudinem et humilitatem, qui cum potentia divinitatis nutu tacite mentis suos persecutores posset subito in pœnas mortis obruere, tanquam pavidus humiliter se abscondit. Hoc autem facit propter tria: primo, quia tempus mortis suæ nondum advenerat; secundo, quia tale genus mortis non elegerat; tertio, ut daret nobis intelligere quod liceat persecutores declinare, et hoc quando est persecutio personalis, secundum illud quod dixit discipulis: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Sed quando non est persecutio personalis, tunc prælati non licet fugere ut patet de mercenario et pastore. Ideo etiam abscondit se ab eis corpore, quia non merebantur eum videre mente. Unde idem Gregorius: « Illis ipsa veritas absconditur, qui ejus verba sequi contemnunt, quia eam quam non invenunt humilem veritas fugit mentem. » Et Augustinus: « Tanquam homo a lapidibus fugit; sed vae illis a quorum lapideis cordibus Deus fugit. » Secundum eundem Augustinum, non abscondit se in angulo templi quasi timens, aut in domunculam fugiens, vel post murum aut columnam divertens; sed cœlica potestate se invisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exivit; a suis tamen discipulis videbatur, quia illi eum sequebantur. Hoc ergo exemplo suo Dominus nos instruit ut locum iræ demus; et ut persecutorum ac malorum sævitiam, quantum sine fidei periculo fieri potest, fugiamus. Unde Gregorius: « Quid autem nobis hoc exemplo loquitur? nisi ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus. Quanta humilitate iram proximi fugere debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se declinavit Deus! Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat; nemo conviciis convicium reddat. Imitatione

reina en los cielos y que ha de ser nuestra eterna recompensa en la otra vida si permacemos fieles á su ley santa en esta. Así sea.

DOMINGO DE PASION

SEGUNDO DISCURSO

Porque no se cree en Nuestro Señor Jesucristo.

I. Porque sus enseñanzas superan á la razon. — II. Porque sus preceptos contrarian nuestras pasiones.

En el Evangelio que acabais de oír, se nos dice que el Salvador dirigió á los Judíos. *¿ Si os digo la verdad, porqué no me creéis?* Pregunta extraña, amados míos; porque el hombre ha sido creado para la verdad y puede decirse que ordinariamente ama la verdad y la busca con indecible ardor. Los asiduos y constantes trabajos de los sabios y filósofos no tenían mas objeto que el buscar la verdad referente á las ciencias naturales y morales. ¿ Nosotros mismos no amamos ante todo la verdad, bien sea en el trato con nuestros semejantes, bien en nuestras empresas y trabajos? La prueba de que amamos la verdad sobre otra cosa alguna, es que no hay nada pa-

etenim Dei gloriosus est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. » Hæc Gregorius. Sunt autem multi qui Judæorum duritiam reprehendunt, sed suam minime attendunt. Unde idem Gregorius: « Quam multi sunt hodie, qui Judæorum duritiam detestantur, quia prædicationem Domini audire noluerunt, et tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem! Præcepta Dei audiunt, miracula cognoscunt, sed converti a suis pravitatibus renuunt. » Hæc Gregorius. Conspice hic Dominum JESUM bene, et cum vehementi dolore, quomodo volens Judæorum furori cedere abscondit se; et intueri ipsum ac discipulos, tanquam imbecilles, mæste et inclinato capite recedere; et eis ex corde compatere (LUDOLPH. *Vita D.-N. J.-C.* 1. p. c. 84, n. 12).